

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

22.
26.

IN HONOREM NUPTIARVM

Iuuenis pietate, virtute & doctrinâ ornati

D. IOHANNIS PÖSCHVLDI

Löbegenensis,

ET

HONESTISSIMÆ LECTISSI-

mæq; virginis IUSTINÆ, Clariss. viri, vir-

tutum ornamentis, eruditaq; doctrinâ

præstantis Dn. M. Bartholomæi

Frencelñ, Rectoris scholæ

Bernburgensis,

Filiæ,

CELEBRATARVM

XIIX. KL. M. FEBRVARII

cb. lb. XXCIIX.



IN HONOREM

HONORABILISSIMO

FRANCISCO

S
D
S
C
Q
H
V
S
N
At
Et
Lec
Na
In C



CHRISTVS ADEST SPONSIS:

Sponsi sacra foedera iungunt.



Rgò tibi socio, vitæ, I V S T I N A cubili
Pars indiuiduæ, Sponse, puella datur:

I V S T I T I A E sol festa suis hymenëia sacris *Malach. 4^o*

Dumq̄ parat, loquitur thalamo super ille iugali *(rat.*

Appositas inter multa, docendo, dapes,

Siue quis illius primus sit foederis autor,

Siue quis illius finis & ordo status:

Carne vnâ vna viro quòd foemina iuncta sit vni,

Voce D E V M semper qui celebrante colant:

Quiq̄ D E I proprios, subeuntes fata, relinquunt

Cultores, soc̄ pignora cara tori,

Hac coeleste p̄ vitâ qui Numen adorent,

Laudibus æthereis afficiantq̄ plagis,

Virtuti studeant, hominum qui in coetibus, omni,

Spurcitieq̄ gerant libera corda vagâ.

Sed certâ ratione diem cur eligis istum,
Quo tibi nupta datur; Christus adestq̄ toris?

Nonne doces vel sic, quòd quæ statuisse iubemur,

De licitâ statuas, lege iubente, face.

At tu non statuis modò, quæ statuisse iubemur,

Connubio Christum vis sed adesse tuo.

Et quoniam id statuis; cupis H V N C & adesse vocatum;

H O C verè felix Auspice lectus erit.

Lectus & hic Christo quoniam est Duce & Auspice les

Hoc procul à lecto luctus & omnis erit. *(ctus,*

Namq̄ vbi Christus adest præsens, superesse necesse est

Omnia, de plenâ sudpeditata manu.

In Canæ rigidâ subñt Galilæidos orâ

Pauperies, celeri præcipitata pede;

A 2

Sed

Genes. 2^o

Matth. 19^o

Marc. 10^o

Ephes. 5^o

1. Cor. 6. 11.

Plato vòµ. 6^o

EPITHALAMION.

Sed dicto citius leuis illa repulsa recessit,
 Argentem CHRISTO mox subeunte domum:
 Donat & Augusto tenuatos munere sponfos,
 Quando rubrum fundit cœrula lympha merum.
 O verè Augustum numero, vel pondere, munus:
 Tam Dominum Augustum quod decuisse potest.
 Gratia vitigeni non tam generosa liquoris
 Vlla racemifero colle venire solet.
 Adde quòd, hoc præter, primùm edita facta stupendâ
 Vsq; DEO gratum Coniugium esse probant.

CUr verò tristi tremulæ sub imagine Cannæ
 Festa tori sacri gaudia Christus agit?
 Cana loco sita limoso, à leui arundine dicta est,
 Anidoue, struit quem sibi aquatica auis.
 Sic loco in obscuro vacuoq; Ecclesia sedem
 Instar auis miseram nidificantis habet.
 Hæc medijs ut arundo in aquis agitata subinde
 Fluctuat, horrissonis concutiturq; Notis.

Esai. 42. Non tamen hæc confringitur, at vibrata resurgit,
Matth. 3. Eludens Cauri murmura sæua feri.
Ioan. 2. Æquoris & latices rabidi vertuntur amari
 In Bromñ subitò dulcia dona patris.
Plin. lib. 10. cap. 32. Eius & hospitñ Halcyones benè signat imago,
 Quæ Ponto, at mediâ pace, fremente parit.

ATq; ita Coniugium tristi cruce sæpè refertum est:
 Inde fames, morbi, funera, luctus, Eris.
Genes. 2. 7. Testis Adam, Noha, Nachorides, Isaacus, Iacob,
14. 26. 29. 37. Ioseph, & Amramides, testis & Isaides.
Exod. 3. Fluctibus in medijs Dominus tamen ipse malorum
2. Reg. 12. Cunctorum, gratam fert properanter opem.

Auget

EPITHALAMION.

Auget opes: addit thalamo pia pignora: donat
Successus: animi dat bona: pace beat.

Psal. 34. 128.

Estq̄ torus schola, vbi viget & tolerantia iuncta
Virtutum choro: vbi crescit & alma fides.

Et licet auxilium segnes differtur in horas,
Non tamen aufertur: nitere voce DEI.

Nitere voce, sat est: nec pectore defice fractus,
Quodq̄ tibi imponit functio, fortis obi.

Commoda mox mora & hora leuisq̄ breuisq̄ reponet
Immensa, innumeris accumulata bonis.

Namq̄ animo primùm Mundus quæ grata, ministrat,
Adhucit & numeris deteriora suis:

Tristitiâ prius at CHRISTVS nos afficit; inde,
Læticiâ æternâ pectora nostra replet.

Psal. 126.

Ioan. 16.

ERGÔ pio quoniam hæc tecum nunc corde volutas;
Iamq̄ tibi CHRISTVS, sponse, vocatus adest:

Coniugium tibi erit felix, vereq̄ beatum;

Et CHRISTVS secum cuncta bona IPSE feret.

Vt magis experiare, tuis mea iungito vota:

Irrita sit precibus litera nulla meis.

A 3

ANNVS

ANNVS A CONDITO MVNDO

S. S. So.

qui est Iubilæus III.

Ex Psal. 88.

In Me transler Vnt Iræ t Væ: & terrores t VI
Cont Urbâr Vnt Me: Clr CVMD e Der Vnt
Me Vtaq Va Coa Cta.

ANNVS NATI FILII.

DEI ex Mariâ semper
virgine.

I. 5. 8 8.


Esaia 44.

DoMInVS ab Vtero a VXILlator t VVs.

M. Christophorus Cæsar
scholæ Halensis Rector.

DESCRIPTA ISLEBII

Typis Urbani Gubisij.



Nov 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M





IN HONOREM
NUPTIARVM

Iuuenis pietate, virtute & doctrinā ornatī
D. IOHANNIS PÖSCHVLDI
Löbegenensis,

ET
HONESTISSIMÆ LECTISSI-
mæq; virginis IUSTINÆ, Clariss. viri, vir-
tutum ornamentis, eruditaq; doctrinā
præstantis Dn. M. Bartholomæi
Frencelii, Rectoris scholæ
Bernburgensis,
Filiæ,

CELEBRATARVM

XIIX. KL. M. FEBRVARII
cb. b. XXCIIX.



22
24

